



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Exercitium aspirationum extractum ex Sacrascriptura atque imprimis libro  
Psalmorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

Coloss. 3.  
16.

Quilibet synopsis facere poterit eorum verborum ac versuum, quibus ordinariè amplius commovetur, illamque in memoriae suae thesauro asservabit, ut illis utatur in conficiendis aspirationibus, ac frequenter loquendo cum Deo in hymnis, psalmis & canticis spiritualibus & internis, juxta id quod consulit Apostolus: *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes & commoventes vosmetipsos Psalmis, Hymnis, & Canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo.*

Quoniam verò hiee modus confovendi internum exercitium antiquis Patribus nostris in deserto familiarissimus fuit, qui idcirco fermè totam sacram Scripturam memoriter ediscebant, atque etiam experientia comprobavit, quantum inde Fratres nostri reportarent emolumentum, particulare istius rei exercitium capite sequenti componemus.

## CAPUT XXXII.

### *Exercitium aspirationum extractum ex sacra Scriptura, atq; imprimis libris Psalmorum.*

Hebr. 4.  
12.

**V**ltimus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, perveniens usq; ad divisionem animae ac spiritus, compagum quoq; ac medullarum: sunt verba Apostoli, quibus edocemur, verbum seu sermonem Dei aptissimum esse conficiendis orationi-

tionibus jaculatoriis, vehementissimèque inflammandis illis, qui ipsum meditari fuerint, sicut scriptum est de Patriarcha Josepho: *E. Ps. 104. loquium Domini inflammavit eum.* Quantumvis verò cuncti sacrae Scripturae libri æqualiter à sancto Spiritu fuerint dictati, liber tamen Psalmorum plenus est ampliori copiâ pulchrarum sententiarum, ardentiumque affectuum, qui in quavis occasione ad Deum vibrantur, aptissimorum. Eapropter asserimus optimam præsentia Dei fovendæ rationem esse, si quis memoriam repleat compluribus Scripturae sacrae atque imprimis Psalmorum selectioribus sententiis. Memoria enim sententiis aut versibus istis plena erit instar pharetræ sagittis spiritualibus atque amoris plenis refertæ, ut proinde anima nunquam ad illas depromendas imparata sit futura.

In Regula, quam Deus per Angelum misit S. Pachomio, quàm strictissimè injungitur, ut Fratres semper in animo habeant ruminare aliquid ex sacra Scriptura. Regula quoque nostra idem expressè decernit in capite de ar- *cap. 14.* mis spiritualibus, ubi ait: *Muniendum est pectus cogitationibus sanctis, scriptum est enim: cogitatio sancta servabit te. Gladius autem spiritus, quod est verbum Dei, abundanter habitet in ore, & in cordibus vestris.* Quoniam reverà fructus inde elici innumeri queunt, tam ut semper ad malo resistendum, quàm ad consecrandum bonum comparati simus, quæ sunt duæ partes justitiæ Christianæ.

Prioris exemplum nobis dedit Salvator noster in eo, quem habuit cum Diabolo in

Prov. 30.

5.

In quo  
possitis  
omnia te-  
la nequis-  
mi ignea  
extingue-  
re. Regul.

cap. 14.

Pf. 118.

140.

Eccli. 6.

37.

deserto, conflictu; ubi nos edocere voluit, omnes inimici istius insultus sacrae Scripturae repositione reprimere: Id enim, quod ait Sapiens, verissimum est: *Omnis sermo Dei ignitus clypeus est.* Contra quem proinde tentatoris Sagittae, etsi igne infernali succentae, nil possunt.

De altero, quod nimirum sermo Dei nos excitet ad prosequendas virtutes, David ait ad Deum: *Ignitum eloquium tuum vehementer, & servus tuus dilexit illud.* Ecclesiasticus quoque ait: *Cogitatum tuum habo in praeceptis Dei, & in mandatis illius assiduus esto; & ipse dabit tibi cor. & concupiscentia sapientiae dabitur tibi.*

En rationes, quibus permoti hanc composuimus synopsin in gratiam Novitiorum, qui legendae Scripturae sacrae nondum assueverunt. In tres illam partes dividemus. Prima continebit versus cuilibet diei actioni accommodos. Secunda alios continebit aptos ad resistendum diversis cogitationibus. Et tertia complectetur quosdam versus sub diversis titulis, quorum alii pleni sunt sententiis, quae meditationi praebere possunt in quavis occasione argumenta: alii sciant affectibus inflammandae voluntati accommodatissimis: Ex omnibus versibus istis quivis adhuc seligere poterit illos, quibus amplius ipse excitari consuevit, ut illis assuescat, neque horreat eundem etiam saepius vel in una hora repetere, si in eo reperiat devotionem. Commentarios quibusdam addere potuissimus, ut amplius intelligerentur; at facere hoc noluimus,

mus,

mus, quia homo multò ampliùs oblectatur,  
ubi sensum per seipsum perscrutatus adinve-  
nerit.

## 1. Pro actionibus quotidianis.

### I. Surgendo ad matutinas

Paratum cor meum Deus, paratum cor me- Ps. 107. 2.  
um: cantabo & Psalmum dicam.

Hoc signum magni Regis est: eamus & in- Offic. E-  
quiramuseum. piph.

In die mandavit Dominus misericordiam Ps. 41. 9.  
suam: & nocte canticum ejus.

In noctibus extollite manus vestras in san- 133. 2.  
cta: & benedicite Dominum.

Surgite, postquam sederitis, qui manduca- 126. 2.  
tis panem doloris.

Ut agnoscat mundus quia diligo Patrem, Ioan. 14.  
surgite, eamus hinc. 31.

### 2. Preparando se ad officium divinum cantandum.

IN conspectu Angelorum psallam tibi: ado- Ps. 137.  
rabo ad templum sanctum tuum & confite- 2. 3.  
bor nomini tuo.

Repleatur os meum laude, ut cantem 70. 8.  
gloriam tuam, tota die magnitudinem tu-  
am.

In te cantatio mea semper.

ibid. v. 6.

Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut in- 149. 2.  
censum in conspectu tuo.

X 4

3. Egredere

3. *Egrediendo ex choro post officium.*Ps. 118.  
103.*ibid.* v.  
118.*ibid.* v. 11.*ibid.* v.  
20.

30. 10.

**Q**uam dulcia faucibus meis eloquia tua  
super mel ori meo.

Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine: &amp; iudicia tua doce me.

In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas: in omni tempore.

Domine non confundar, quoniam invocavi te.

4. *Manè surgendo.*Ps. 118.  
148.Prov. 8.  
17.Eccli. 39.  
6.**P**rævenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua.

Qui manè vigilant ad me, invenient me.

Justus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, &amp; in conspectu Altissimi deprecabitur.

5. *Eundo ad orationem mentalem.*

Ps. 87. 3.

41. 9. 10.

33. 6.

68. 33.  
Dent. 4.  
29.**I**ntret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Apuđ me oratio Deo vitæ meæ, dicam Deo: susceptor meus es.

Accedite ad eum &amp; illuminamini: &amp; facies vestræ non confundentur.

Quærite Deum & vivet anima vestra.  
Cum quæsieris Dominum Deum tuum, invenies

venies eum : si tamen toto corde quaesieris, & tota tribulatione animae tuae.

6. *Redeundo ad cellulam.*

**C**onvertere anima mea in requiem tuam : *Pf. 114. 7.*  
quia Dominus benefecit tibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. *131. 14.*

Unam petii à Domino, hanc requiram : ut *26. 4.*  
inhabitarem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.

In omnibus requiem quaesivi & nusquam à Kemp,  
inveni, nisi in angulo cum libello.

7. *Egrediendo ex cellula.*

**P**ropter inimicos meos, dirige in conspectu *Pf. 5. 9.*  
tuo viam meam.

Dirige me in veritate tua & docerne. *24. 5.*

Utinam dirigantur viæ meæ : ad custodiendas justificationes tuas. *118. 5.*

Notam fac mihi viam, in qua ambulem : *142. 8.*  
quia ad te levavi animam meam,

8. *Sub labore manuali.*

**L**abores manuum tuarum quia manduca *Pf. 127. 2.*  
bis : beatus es & bene tibi erit.

Quodcumque facitis, ex animo operamini, *Coloss. 3. 23.*  
sicut Domino.

Operamini, non cibum, qui perit, sed qui *Ioan. 6. 27.*  
permanet in vitam æternam.

Vide humilitatem meam & laborem meum : *Pf. 24. 18.*  
& dimitte univèrsa delicta mea.

*tionem*

9. *Ante Lectionem spiritualement.*

*Sap. 7. 7.* **O**ptavi & datus est mihi sensus, & invocavi,  
& venit in me spiritus sapientiae.

*Pf. 118. 15.* Revela oculos meos : & considerabo mi-  
rabilia de Lege tua.

*Sap. 9. 4.* Da mihi Domine sedium tuarum, assiltri-  
cem sapientiam, ut mecum sit & mecum la-  
boret, & noli me reprobare, à pueris tuis:  
quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillae  
tuae.

*ibid. v. 10.* Emitte illam de caelis sanctis tuis, & à se-  
de magnitudinis tuae; ut sciam quid acceptum  
sit apud te omni tempore.

10. *Disponendo se ad examen con-  
scientiae.*

*Pf. 129. 3.* **S**I iniquitates observaveris Domine, Domi-  
ne quis sustinebit?

*28. 13.* Delicta quis intelligit? ab occultis meis  
munda me, & ab alienis parce servo tuo.

*Eccli. 21. 7.* Qui timent Deum, convertentur ad cor  
suum.

*Thren. 3.  
40.* Scrutemur vias nostras & quæramus, & re-  
vertamur ad Dominum.

15. *In Refectorio.*

*Luc. 14. 15.* **B**ebatus qui manducabit panem in regno  
Dei.

*Ioan. 4. 34.* Meus cibus est, ut faciam voluntatem pa-  
tris mei, qui in caelis est.

*Pf. 79. 6.* *ubi cibus  
delectat.* Cibabis nos pane lacrymarum, & potum  
dabis nobis in lacrymis in mensura.

Non



EX S. SCRIPTURA.

331

Non est regnum Dei esca & potus, sed *Rom. 14. 7*  
 iustitia & pax & gaudium in Spiritu san-  
 cto.

Dederunt in escam meam fel; & in siti mea *Pf. 68. 22.*  
 potaverunt me aceto, *ubi cibus*  
*gustui de-*  
*sipit.*

12. In Spatiatione.

**E**Cce quam bonum & quam jucundum, *Pf. 132. 1.*  
 habitare Fratres in unum.

Quoniam illic mandavit Dominus bene- *ibid. v. 3.*  
 dictionem, & vitam usque in seculum.

Ubi est charitas & dilectio, ibi Sanctorum *Offic in*  
 est congregatio. *caris*

In hoc cognoscent omnes, quia mei estis *Domini.*  
 discipuli: si dilectionem habueritis ad in- *Ioan. 13.*  
 vicem. *35.*

Erat autem populus jucundus secundum *Judith. 16.*  
 faciem Sanctorum. *24.*

13. Discendo cantum & ceremo-  
 nias.

**Q**uæ est alia gens sic incluta, ut habeat *Dent. 4. 9.*  
 ceremonias & universam Legem, quam  
 ego proponam hodie ante oculos vestros?

Mandavit mihi Deus, ut docerem vos ce- *ibid. v. 14.*  
 remonias, & iudicia quæ facere deberetis.

Si quis ignorat, ignorabitur. *1. Cor. 14.*

Fili hominis, pone cor tuum, & vide ocu- *35.*  
 lis tuis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego *Ezech.*  
 loquor ad te de universis ceremoniis domus *44. 5.*  
 Domini.

4. Au-

14. *Audiendo exhortationes & sermones.*

- Iac.* 1. 29. **E**stote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipfos.
- Rom.* 2. 13. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.
- Deut.* 24. 8. Facies quaecumque docuerint te Sacerdotes.
- Ioan.* 14. 23. Si quis diligit me, sermonem meum servabit.
- Ioan.* 13. 17. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea.
- Pf.* 67. 29. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

15. *Recipiendo aliquam mortificationem in culparum exercitio.*

- Eccl.* 19. 28. **V**ir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus.
- Iob.* 33. 27. Peccavi & verè deliqui: & ut eram dignus, non recepi.
- Pf.* 118. 71. Bonum mihi, Domine, quia humiliasti me; ut dñam justificationes tuas.
89. 15. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.
68. 21. Improperium expectavit cor meum & miseriam.
- ibid.* v. 8. Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.
140. 5. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me,

Melio-

Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. *Prov. 27. 6.*

Hæc prædicta possunt inservire, ut animus conservetur attentus ad Deum in præcipuis operibus quotidianis. Sed continuemus nostram synopsis.

2. *Sequentia inservire possunt ad impugnandas mali occasiones.*

1. *Quando aliqua tentatione circumvenimur.*

**S**I dereliqueritis Deum, derelinquet vos: *2. Paral. 15. 2.*  
 Perversæ cogitationes separant à Deo. *Sap. 1. 3.*  
 Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur, recedentes à te in terra scribentur: *Jer. 17. 13.*  
 quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum.

Domine, qui elongant se à te, peribunt: *Pf. 72. 26.*  
 perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

2. *Cum aliquod malum objectum sese objicit oculis nostris.*

**P**Epigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. *Job. 31. 13.*

Quam enim partem haberet in me Deus deus super, & hæreditatem omnipotens de excelsis? *ibid. v. 2.*

Averte oculos meos ne videant vanitatem: *Pf. 118. 37.*  
 in via tua vivifica me.

3. *Cum*

3. *Cum impudicis impugnatur animus cogitationibus.*

Ps. 118.

94.

ibid. v.

117.

2. Reg. 20.

20.

Ps. 31. 7.

**T**uus sum ego saluum me fac.

Adiuua me, &amp; saluus ero.

Absit hoc à me, Domine.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.

*Utilissimum est etiam orare sanctissimam Virginem per immaculatam eius conceptionem, ut nobis sit auxiliatrix, & invocare adiutorium Angelorum & præcipuè Archangeli Michaëlis.*

Per immaculatam conceptionem tuam libera me, Virgo purissima.

Sancte Michaël Archangele, defende nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

4. *Cum audiuntur scurrilitates, curiositates & res inutilis.*

Ps. 118. 85.

**N**atraverunt mihi iniqui fabulationes: sed non ut Lex tua.

30. 7.

Odisti observantes vanitates supervacuè.

16. 4.

Non loquatur Domine os meum opera hominum.

5. *In occasionibus frangendi silentium.*

Ps. 140. 3.

**P**one, Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.

Dixi:

Dixi: custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. 38. 2.

Vir linguosus non dirigetur in terra. 139. 12.

Lætati sunt, quia siluerunt. 100. 30.

Quis dabit ori meo custodiam & super labia mea signaculum certum, ut non cadam in ipsis, & lingua mea non perdat me? Eccli. 22. 33.

6. In tristitia & tadio.

**N**on contristabit justum quidquid ei acciderit. Prov. 12. 21.

Quare tristis es anima mea & quare conturbas me? spera in Deo. Ps. 41. 12.

Momentaneum & leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. 2. Cor. 4. 17.

Bonum facientes non deficiamus, tempore enim suo meremur non deficientes. Gal. 6. 9.

Redde mihi lætitiã salutaris tui; & spiritui principali confirma me. Ps. 50. 14.

Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. 26. 14.

7. Contra pigrãtiam & negligentiam.

**I**n omnibus operibus præcellens esto. Eccli. 33. 23.  
Vidisti virum velocem in opere suo? coram Regibus stabit. Prov. 22. 29.

Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei. Prov. 29. 4.

Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Jerem. 48. 10.

Omnis

*Matt.* 7.  
19.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

8. *Contra iram & amaritudinem cordis.*

*Pf.* 36. 11.

**M**ansueti autem hæreditabunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis.

*Matt.* 11.  
29.

Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

*Iac.* 1. 20.

Ira viri iustitiam Dei non operatur.

*Eccli.* 28.

Memorate timorem Dei: & non irascaris

8.

proximo.

*1. Theff.* 5.

Patientes estote ad omnes.

14.

*Rom.* 12.

Non vosmetiplos defendentes, charissimi, sed date locum iræ.

19.

9. *In occasione aliquid tolerandi.*

*Pf.* 9. 19.

*Phil.* 1. 29.

**P**atientia pauperum non peribit in finem, Vobis donatum est pro Christo, non solum, ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini.

*Euc.* 21.

29.

In patientia vestra possidebitis animas vestras.

*Pius V.*

Auge dolorem, auge patientiam.

*D. Aug.*

Hic ure, hic seca, modò in æternum parcas.

*Heb.* 10. 36.

Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissiones.

*Pf.* 125. 6.

Euntes ibant & flebant: mittentes semina sua.

*ibid.*

Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos.

10. *Contra suspiciones & temeraria  
judicia.*

**T**U quis es, qui judicas alienum servum? *Rom. 14. 4.*  
Domino suo stat aut cadit.

In quo judicas alterum, teipsum conde- *Rom. 2. 1.*  
mnas.

Nolite judicare ut non judicemini, *Matt. 7. 1.*

Quid mihi de his, qui foris sunt, judi- *1. Cor. 5. 12.*  
cera?

Nolite ante tempus judicare, quoadusque *cap. 4. 5.*  
veniat Dominus, qui & illuminabit abscon-  
dita tenebrarum, & manifestabit consilia  
cordium, & tunc laus erit unicuique à  
Deo.

Si verè utiq; justitiam loquimini: recta ju- *Pf. 57. 2.*  
dicare, filii hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini.

II. *Contra vanam gloriam.*

**N**on nobis, Domine, non nobis: sed no- *Pf. 113. 1.*  
mini tuo da gloriam.

Extollentiam oculotum ne dederis mihi. *Ecl. 23. 5.*

Tibi, Domine justitia: nobis autem con- *Dan. 9. 7.*  
fusio.

Væ, qui sapientes estis in oculis vestris. *Isa. 5. 21.*

Amen dico vobis: receperunt mercedem *Matt. 6. 2.*  
suam.

Quid habes quod non accepisti? si au- *1. Cor. 4. 7.*  
tem accepisti, quid gloriaris, quasi non ac-  
ceperis?

12. *Quando aliquid dicitur in Laudem nostram.*

- Ioan. 5. 34.* **N**on ab homine testimonium accipio.  
*Pf. 21. 26.* Apud te laus mea, Domine,  
*S. Franciscus.* Tantus sum, quantus sum apud te Domine.  
*Luc. 6. 26.* Væ cum benedixerint vobis homines.  
*Gal. 1. 10.* An quæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.

13. *Cum animus est in dubio quid agere debeat.*

- Pf. 36. 4.* **R**evela Domino viam tuam.  
*Eccli. 37. 19.* In his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam.  
*Pf. 70. 17.* Deus, docuisti me à juventute mea: & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.  
*ibid. v. 18.* Et usque in senectam & senium, Deus, ne derelinquas me.  
*142. 10.* Doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu.  
*118. 135.* Faciem tuam illumina super servum tuum: & doce me justificationes tuas.

§. Multa alia levia certamina occurrunt in vitæ nostræ decursu, sed quæ diximus, sufficient ad instruendos Novitios, ut ipsi utiliter aliis sacræ Scripturæ locis possunt uti ad resistendum malo in omnibus occasionibus. Idcirco cum acquisierint habitum attentionis ad seipso in omnibus operibus & cogitationibus, poterunt uti maiore libertate spiritus, ut possint conversari affectivè cum Deo super  
 mate.



materiis sequentibus, licet ab eorum occupa-  
tionibus alienis,

PARS TERTIA.

*Selectio succulentiorum versuum ex  
Psalmis sub diversis titulis, qui poterunt  
inservire pro interiori cum Deo  
conversatione.*

I. De Vanitate hominis.

*Sententia meditationi sub-  
jecta.*

**H**omo vanitati similis factus est: dies ejus *Pf. 143. 46*  
sicut umbra prætereunt.

Homo sicut fœnum dies ejus, tanquam flos *102. 15.*  
agri sic efflorescit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo & *ibidem.*  
non subsistet: & non cognoscat amplius lo-  
cum suum.

Homo cum in honore esset, non intellexit: *48. 9. 233*  
comparatus est jumentis insipientibus, & simi-  
lis factus est illis.

*Affectiones.*

**D**omine, quid est homo, quia inno- *Pf. 143 3.*  
tuisti ei? aut filius hominis, quia reputas  
eum?

Quid est homo quod memor es ejus? aut *8. 5.*  
filius hominis, quoniam visitas eum?

Substantia mea tanquam nihilum ante *38. 6.*  
te.

- Job. 24. 3.* Et dignum ducis super hu,uscemodi aperire oculos tuos ?
- Pf. 93. 18.* Si dicebam: motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adjuvabat me.
- 118. 141.* Adolescentulus sum ego & contemptus: justificationes tuas non sum oblitus.

## 2. De vanitate rerum terrenarum,

*Argumenta meditationis.*

- Pf. 4. 3.* **F**ilii hominum, usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem & quaeritis mendacium?
- 36. 35.* Vidi impium superexaltatum & elevatum sicut Cedros Libani.
- ibid. v. 36.* Et transivi & ecce non erat, & quaesivi eum, & non est inventus locus ejus.
- 38. 6.* Veruntamen universa vanitas: omnis homo vivens.
- ibid. v. 7.* Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur.
- ibidem.* Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.
- 4. 17.* Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus.
- ibid. v. 15.* Quoniam cum interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria ejus.
- 145. 4.* Exhibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
- 48. 12. 12.* Simul insipiens & stultus peribunt: & relinquent alienis divitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in aeternum.

EX S. SCRIPTURA: 34x

Dormierunt somnum suum : & nihil in- 75. 5<sup>o</sup>  
venerunt omnes viri divitiarum in manibus  
suis.

Ad nihilum devenient, tanquam aqua de- 57. 8.  
currens.

Sicut cera, quæ fluit, auferentur. *ibid. v. 9.*

*Affectiones.*

**B**Eatus vir, cujus est nomen Domini spes *Ps. 39. 5.*  
ejus : & non respexit in vanitates & infa-  
nias falsas.

Dominus pars hæreditatis meæ & calicis *15. 2.*  
mei : tu es qui restitues hæreditatem meam  
mihi.

Defecit caro mea & cor meum : Deus cor- *72. 26.*  
dis mei, & pars mea Deus in æternum.

Et nunc quæ est expectatio mea, nonne Do- *38. 9.*  
minus ? & substantia mea apud te est.

Bonum mihi lex oris tui super millia auri & *118. 72.*  
argenti.

Bonum est confidere in Domino, quàm *117. 8.*  
confidere in homine.

Bonum est sperare in Domino : quàm spe- *ibid. v. 9.*  
rare in Principibus.

3. De vocatione ad Religionem.

*Argumenta meditationis.*

**B**Eata gens, cujus est Dominus Deus ejus : *Ps. 32. 12.*  
populus quem elegit in hæreditatem si-  
bi.

Anima nostra sicut passer erepta est, de la- *123. 7.*  
queo venantium.

Y 3

La-

*ibidem.*

Laqueus contritus est : & nos liberati sumus.

*ibid. v. 6.*

Benedictus Dominus ; qui non dedit nos in captionem dentibus eorum,

93. 17.

Nisi quia Dominus adjuvit me , paulominus habitasset in inferno anima mea.

65. 9.

Posuit animam meam ad vitam,

147. 20.

Non fecit taliter omni nationi : & iudicia sua non manfestavit eis.

90. 3.

Ipse liberavit me de laqueo venantium ; & à verbo aspero.

A verbo illo duro ; Recedite à me maledicti in ignem æternum.

*Affectianes.*

Ps. 29. 2.

**E**xaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me ; nec delectasti inimicos meos super me.

*ibid. v. 4.*

Domine eduxisti ab inferno animam meam ; salvasti me à descendentibus in lacum.

55. 12. 13.

Reddam laudationes tibi ; quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos à lapsu : ut placeam coram Deo in lumine viventium.

89. 13.

Quia misericordia tua magna est super me ; & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

70. 23.

Exultabunt labia mea cum cantavero tibi : & anima mea quam redemisti.

115. 16. 17.

Dirupisti vincula mea : tibi sacrificabo hostiam laudis , & nomen Domini invocabo.

In

In æternum non obliviscar justificationes tuas: quia in ipsis vivificasti me. 118.93.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. 83.11.

Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei. 51.10.

#### 4. De rigore judiciorum Dei,

##### *Argumenta meditationis.*

**C**Ogitavi dies antiquos: & annos æternos in mente habui. Ps.76.6.

Dominum formidabunt adversarii ejus: & super ipsos in cœlis tonabit. 1. Reg. 2. 10.

Irruat super illos formido & pavor: in magnitudine brachii tui. Exod. 15. 16.

Sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos. Ps.48.15.

Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. 89.5.

Calix in manu Domini vini meri plenus misto. Et inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen fæx ejus non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ. 74.9.

Virum injustum mala capient in interitu. 139.12.

Mors peccatorum pessima. 33.22.

Nationis iniquæ diræ sunt consummationes. Sap.3.19.

Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Heb. 10. 31.

Videbunt justi & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum. Ps.51.8.9.

49. 28.

Intelligite hæc qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.

*Affectiones.*

118. 120.

**C**onfiget timore tuo carnes meas : à iudiciis enim tuis timui.

35. 7.

Judicia tua abyssus multa.

118. 21.

Maledicti qui declinant à mandatis tuis.

*ibid. v.*

Sprevisti omnes discedentes à iudiciis tuis;

118.

quia injusta cogitatio eorum.

*ibid. v.*

Justitia tua justitia in æternum.

142.

129. 3.

Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit?

142. 2.

Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine : quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

118. 155.

Longè à peccatoribus salus : quia justificationes tuas non exquisierunt.

## 5. De Contritione.

*Argumenta meditationis.*

Ps. 39. 13.

**C**ircumdederunt me mala quorum non est numerus : comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.

37. 5.

Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum : & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

39. 13.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei.

87. 4.

Quia repleta est malis anima mea : & vita mea inferno appropinquavit.

72. 22.

Ad nihilum redactus sum, & nescivi.

Pec:

Peccavi super numerum arenæ maris, & non sum dignus videre altitudinem cœli, præ multitudine iniquitatis meæ. *Offic. Eccl.*

*Affectiones.*

**R**ecogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. *Isa. 38. 15.*

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. *Pf. 118. 136.*

Ego dixi: Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi. *40. 5.*

Reminiscere miserationum tuarum Domine: & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt. *24. 6.*

Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris. *ibid. v. 7.*

Secundùm misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam, Domine. *ibidem.*

Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te. *16. 7.*

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. *37. 2.*

Miserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam. *50. 3.*

Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. *ibid. v. 11.*

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innova in visceribus meis. *ibid. v. 12.*

Ne projicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. *ibid. v. 13.*

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus, non despicies. *ibid. v. 19.*

34. 5.  
Offic. Eccl.

Die animæ meæ : salus tua ego sum.  
Qui cognoscis omnium occulta à delicto  
meo munda me : tempus mihi concede, ut  
pœnitens clamem : peccayi, miserere mei  
Deus.

Ibron. 5.  
21.

Converte nos ad te; Domine; & conver-  
temur; innova dies nostros sicut à principio.

6. De Fiducia in Dei misericordia  
ad obtinendam veniam  
peccatorum.

*Argumenta meditationis.*

Pf. 106. 3.

**C**onfiteantur Domino misericordix ejus:  
& mirabilia ejus filiis hominum.

102. 3.

Miserator & misericors Dominus; longa-  
nimis & multum misericors.

ibid. v. 9.

Non in perpetuum irascetur: neque in æ-  
ternum comminabitur.

ibid. v. 10.

Non secundum peccata nostra fecit nobis;  
neque secundum iniquitates nostras retribuit  
nobis.

ibid. v. 11.

Quoniam secundum altitudinem cœli à  
terra; corroboravit misericordiam suam super  
timentes se.

ibid. v. 12.

Quantum distat ortus ab occidente; longè  
fecit à nobis iniquitates nostras.

ibid. v. 13.

Quomodo misereretur pater filiorum, mi-  
serus est Dominus timentibus se; quoniam  
iple cognovit figmentum nostrum.

ibid. v. 17.

Misericordia Domini ab æterno; & usque  
in æternum super timentes eum.

Allevat



Allevat Dominus omnes, qui corruunt, & 144. 14.  
erigit omnes elisos.

Suavis Dominus universis ; & miserationes ejus super omnia opera ejus. *ibid. v. 9.*

A custodia matutina usque ad noctem : speret Israël in Domino. *129. 6.*

Quia apud Dominum misericordia : & copiosa apud eum redemptio. *ibid. v. 7.*

*Affectiones.*

**D**ixi : confitebor adversum me in justitiam meam Domino : & tu remisisti impietatem peccati mei. *Ps 31. 5.*

Misericordias Domini in æternum cantabo. *88. 2.*

Quàm bonus Israël Deus his qui recto sunt corde ! *72. 11.*

Domine Deus meus clamavi ad te : & sanasti me. *29. 3.*

Deus vitam meam annunciavi tibi : posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. *55. 9.*

Quoniam tu Domine suavis & mitis : & multę misericordię omnibus invocantibus te. *85. 5.*

Ego autem in Domino speravi : exultabo & lætabor in misericordia tua. *30. 7. 8.*

Ego sum pauper & dolens : salus tua, Deus, suscepit me. *68. 30.*

Cùm iratus fueris, misericordię recordaberis. *Hab. 3. 2.*

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te : non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. *Isa. 28. 18.*

Vivens

*ibid.* v. 19. Vivens vivens ipse confitebitur tibi: sicut  
& ego hodie.

## 7. Cùm versamur in tribulatione.

*Argumenta meditationis.*

*1. Reg.* 2. 6. **D**ominus mortificat & vivificat: deducit  
ad inferos & reducit.

*Pf.* 33. 20. Multæ tribulationes iustorum: & de omni-  
bus his liberabit eos Dominus.

*Apoc.* 7. 17. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis  
Sanctorum.

*Ecceli.* 2. 3. Sustine sustentationes Dei.

*Pf.* 33. 19. Juxta est Dominus iis, qui tribulati sunt corde:  
& humiles spiritu salvabit.

39. 18. Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus  
solicitus est mei.

*Habac.* 3. 16.

*Ad electorum societatem in caelo.* Ingredietur putredo in ossibus meis, & sub-  
ter me scateat, ut requiescam in die tribulationis:  
ut ascendam ad populum accinctum nostrum.

*Affectiones.*

*Pf.* 118. 143.

**T**ribulatio & angustia invenerunt me: mandata tua meditatio mea est.

69. 2.

Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festina.

37. 10.

Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

93. 19.

Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

137. 7.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum : quia speravi in sermonibus tuis. 118. 42.

Ne derelinquas me, Domine Deus meus : ne discefferis à me. 37. 22.

Ne avertas faciem tuam à me : ne declines in ira à servo tuo. 26. 9.

8. De gaudio spirituali.

*Argumenta meditationis.*

**Q**uis est homo qui vult vitam : diligit dies videre bonos ? Ps 33. 13.

Prohibe linguam tuam à malo : & labia tua, ne loquantur dolum. *ibid. v. 14.*

Diverte à malo & fac bonum : inquire pacem & persequere eam. *ibid. v. 15.*

Delectare in Domino : & dabit tibi petitiones cordis tui. 36. 14.

Spera in Domino & fac bonitatem : & inhabita terram, & pascere in divitiis ejus. *ibid. v. 3.*

Renuit consolari anima mea. 76. 3.

Memor fui Dei & delectatus sum. *ibid. v. 4.*

Lætamini in Domino & exultate justi : & gloriamini omnes recti corde. 31. 11.

*Affectiones.*

**B**eatus homo quem tu erudieris, Domine : & de lege tua docueris eum : ut mitiges ei à diebus malis. 93. 12. 13.

Pax multa diligentibus legem tuam : & non est illis scandalum. 118. 169.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die : & in justitia tua exaltabuntur. 88. 16. 17.

Læta

- 128.162. Lætabor ego super eloquia tua : sicut qui  
invenit spolia multa.
- 103.332. Cantabo Domino in vita mea : psallam Deo  
meo quamdiu sum.
- 91.20. Bonum est confiteri Domino : & psallere  
nomini tuo Altissime.
- 83.31. Cor meum & caro mea : exultaverunt in  
Deum vivum.
- 34.9. Anima mea exultabit in Domino : & dele-  
tabitur super Deo salutari suo.
- Hab.3.18. Ego autem in Domino gaudebo : & exul-  
tabo in Deo Jesu meo.
- Pf.85.11. Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

## 9. De Laudibus Dei.

- Pf.68.31. **L**audabo nomen Dei cum cantico : & ma-  
gnificabo eum in laude.
- 34.28. Sed & lingua mea meditabitur justitiam  
tuam : totâ die laudem tuam.
- 29.5. Psallite Domino Sancti ejus : & confitemini  
memoriæ sanctitatis ejus.
- 65.16. Venite, audite & narrabo omnes qui time-  
tis Deum : quanta fecit animæ meæ.
- 134.3. Laudate Dominum, quia bonus Domi-  
nus : Psallite nomini ejus, quoniam suavis  
est.
- 65.4. Omnis terra adoret te Deus & psallat tibi.  
Psalmum dicat nomini tuo.
- 137.4. Confiteantur tibi, Domine, omnes Reges  
terræ.
- ibid. v. 8. Et cantent in viis Domini : quoniam magna  
est gloria Domini.

Conf.

Confiteantur tibi Domine omnia opera tua: 144. 10.  
& Sancti tui benedicant tibi.

Laudent Deum cœli & terra: mare & omnia reptilia in eis. 68. 35.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit & creata sunt. 148. 5.

Statuit ea in æternum & in sæculum sæculi: *ibid.*, v. 6.  
præceptum posuit, & non præteribit.

10. Querimoniam affectivam, cum nullam sentimus devotionem.

**D**omine expandi ad te manus meas: anima mea sicut terra sine aqua tibi. *Pf.* 142. 6.

Aruit tanquam testa virtus mea. 21. 16.

Oblivioni datus sum tanquam mortuus à corde. 30. 13.

Factus sum tanquam vas perditum. *ibidem.*

Domine vim patior, responde pro me. *Isa.* 38. 14.

Dixi Deus meus es tu: in manibus tuis fortes meæ. *Pf.* 90. 15.

Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adjutor. 10. 14.

Nunquid in æternum projiciet Deus? aut non apponet ut complacitior sit adhuc?

Usquequo Domine oblivisceris me in finem: usquequo avertis faciem tuam à me? 12. 1.

Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo dum affligit me inimicus? 41. 9.

II. De Confidentia in Deum contra  
immoderatum timo-  
rem.

*Argumenta meditationis.*

Pf. 26. 1. **D**ominus illuminatio mea & salus mea :  
quem timebo.

*ibidem.* Dominus protector vitæ meæ : à quo tre-  
pidabo ?

*ibid. v. 3.* Si consistant adversum me castra : non ti-  
mebit cor meum.

*ibidem.* Si exurgat adversum me prælium : in hoc  
ego sperabo.

25. 1. In Domino sperans non infirmabor.

27. 7. In ipso speravit cor meum, & adjutus sum.

61. 9. Sperate in eo omnis congregatio populi,  
effundite coram illo corda vestra : Deus adju-  
tor noster in æternum.

*Affectiones.*

3. 3. **M**ulti dicunt animæ meæ, non est salus ipsi  
in Deo ejus. Tu autem Deus susceptor  
meus es.

*ibid. v. 7.* Non timebo millia populi circumdantis me,  
22. 4. Si ambulavero in medio umbræ mortis, non  
timebo mala : quoniam tu mecum es.

9. 11. Sperent in te qui noverunt nomen tuum :  
quoniam non dereliquisti quærentes te, Do-  
mine.

70. 1. In te Domine speravi, non confundar in  
æternum.

24. 1, 2. Ad te Domine levavi animam meam : Deus  
meus in te confido, non erubescam,

## 12. Suspiria ad vitam æternam.

*Argumenta meditationis.*

**L**ætatus sum in his quæ dicta sunt mihi : in *Ps. 121. 13*  
domum Domini ibimus.

Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in *1. Cor. 2.*  
cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis, 9.  
qui diligunt illum.

Quis ascendet in montem Domini ? aut quis *Ps. 23. 3.*  
stabit in loco sancto ejus ?

Innocens manibus & mundo corde, qui *ibid. v. 4.*  
non accepit in vano animam suam.

Vox exultationis & salutis in tabernaculis *Ps. 117. 15.*  
iustorum.

Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est *Apoc. 2. 7.*  
in paradiso Dei mei.

*Affectiones.*

**G**loriosa dicta sunt de te civitas Dei. *Ps. 86. 3.*  
Beati, qui habitant in domo tua, Do- *83. 5.*  
mine, in sæcula sæculorum laudabunt te.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ : & *85. 9.*  
torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Quoniam apud te est fons vitæ : & in lumi- *ibid. v. 10.*  
ne tuo videbimus lumen.

Replebimur in bonis domus tuæ : sanctum *64. 6.*  
est templum tuum, mirabile in æquitate.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine vir- *83. 2. 3.*  
tutum : concupiscit & deficit anima mea in  
atria Domini.

Dixi : tu es spes mea, portio mea, in terra *141. 6.*  
viventium.

*ibid.* v. 8. Educ de custodia animam meam ad conf  
tendum nomini tuo : me expectant iusti, do  
nec retribuas mihi.

119. 5. 6. Heu mihi ! quia incolatus meus prolonga  
tus est : multum incola fuit anima mea.

13. De sublimi æstimatione divina-  
rum perfectionum.

Et 1. de omnipotentia.

*Pf.* 105. 2. **Q**uis loquetur potentias Domini ? audit  
faciet omnes laudes ejus ?

*Pf.* 134. 6. Omnia quæcumque voluit Dominus fecit  
in cælo & in terra, in mari & in omnibus aby  
ssis.

103. 32. Qui respicit terram & facit eam tremere :  
qui tangit montes & fumigant.

17. 32. Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus  
præter Deum nostrum ?

*Affectiones.*

*Pf.* 39. 6. **M**ulta fecisti tu, Domine Deus meus, mi  
rabilia tua : & cogitationibus tuis non  
est qui similis sit tibi.

85. 8. Non est similis tui in Diis, Domine, & non  
est secundum opera tua.

88. 10. Tu dominaris potestati maris : motum au  
rem fluctuum ejus tu mitigas.

*ibid.* v. 12. Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terrarum  
13. & plenitudinem ejus tu fundasti : aquilonem  
& mare tu creasti.



## 2. De æternitate Dei.

**I**ntervati sunt colles mundi, ab interitibus  
 æternitatis ejus. *Habac. 3. 6.*  
 Dominus regnabit in æternum & ultra. *Exod. 15. 18.*

*Affectiones.*

**R**egnum tuum, regnum omnium sæculo-  
 rum: & dominatio tua in omni genera-  
 tione & generationem. *Pf. 144. 13.*

Illuminans tu mirabiliter à montibus æter-  
 nis: turbati sunt omnes insipientes corde. *75. 5. 6.*

Priusquam montes fierent aut formaretur  
 terra & orbis: à sæculo & usque in sæculum  
 tu es Deus. *89. 12.*

Initio tu, Domine, terram fundasti: & o-  
 pera manuum tuarum sunt cœli. *101. 26.*

Ipsi peribunt tu autem permanes: & anni  
 tui non deficient. *ibid. v. 27.*

Quoniam mille anni ante oculos tuos: tan-  
 quam dies hesternæ, quæ præterit. *89. 4.*

## 3. De immensitate Dei.

**O**peruit cœlos gloria ejus: & laudis ejus  
 plena est terra. *Hab. 3. 3.*

Replebitur Majestate ejus omnis terra. *Pf. 71. 19.*

Excelsior cœlo est, & quid facies? profun-  
 dior inferno, & unde cognosces? *Job. 11. 8.*

Longior terrâ mensura ejus & latior mari. *ibid. 9.*

Magnus Dominus & laudabilis nimis: &  
 magnitudinis ejus non est finis. *Pf. 144. 3.*

Magnus Dominus noster & magna virtus  
 est: & sapientiæ ejus non est numerus. *140. 5.*

*Affectiones.*

- Pf.* 76. 14. **Q**uis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu  
15. es Deus, qui facis mirabilia?  
*138.* 7. Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua  
fugiam?  
*ibid.* v. 8. Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descen-  
dero in infernum ades.

## 4. De sanctitate Dei.

- 1. Reg.* 2. 2. **N**on est sanctus ut est Dominus.  
*Levit.* 11. Sancti eritis: quoniam ego sanctus sum.  
45. Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis  
*Matt.* 5. perfectus est.  
48. Justus Dominus in omnibus viis suis: &  
*Pf.* 144. sanctus in omnibus operibus suis.  
17. Sanctum & terribile nomen ejus.  
*110.* 9. Deus qui glorificatur in concilio sanctorum.  
88. 8. Gustate & videre, quoniam suavis est Do-  
33. 9. minus.

*Affectiones.*

- Pf.* 5. 5. **N**on Deus volens iniquitatem tu es.  
*ibid.* v. 6. Neque habitabit juxta te malignus, ne-  
que permanebunt iniusti ante oculos tuos.  
*ibid.* v. 7. Odisti omnes qui operantur iniquitatem:  
perdes omnes qui loquuntur mendacium.

*Exercitiū*

II.

## CAPUT XXXIII.

*Quomodo mens in Deum per consi-  
derationem creaturarum sit  
elevanda.*

*Philo.  
Iud. lib. de  
vita con-  
templ.*

**V**eteres authores qui de vita sanctorum Pa-  
trum nostrorum in Eremo scripsere, divi-

NAM